

¶ Pars . VII .

¶ Ca. XVI

aliquem excusat vnq̄ a p̄ditione omnino. Amplius non mi-
nus tenetur deo in suis operationibus intellectus humanus q̄
affectus: nunq̄ autem licet affectum amare contrarium deo:
vel eis que eius sunt similiter nunq̄ licet ei vel non amare ea
que eius sunt: quare nunq̄ licet intellectum credere cōtraria
ei vel eis que eius sunt: similiter nec non credere ipsum vel ea
que eius sunt: quod enim est non amare in affectu hoc est nō
credere siue non cognoscere in intellectu. ¶ Amplius si
ignorantia vel error excusaret: cum omnes peccantes errant &
ignozent: tanto amplius quanto amplius peccant: omnia pec-
cata essent excusabilia: & maiora magis excusabilia: quoniam
maiores errores & tenebras ingerunt peccantibus: vides igitur
quoniam ad hanc dementiā tandem deuenerunt: vt liceat vni-
cuiq̄ credere & discredere quicquid voluerit: & nullam legem
esse positam intellectui: quare nec affectui: & propter hoc nul-
lam legem tenendam esse simpliciter: quia quilibet potest te-
neri licite h̄m eos & contra quemlibet fieri similiter cum error
& ignorantia vbiq̄ excusent: ex quo sequitur nihil esse virtutē
vel vicium simpliciter: quia credenti de virtute q̄ sit vicium
virtuosum: imo religiosum sit vnicuiq̄ credere h̄m credulita-
tem suam quantumcunq̄ impiam vel erroneam. ¶ Amplius
h̄m hoc nullus errabit: vel credendo vel operando: cum creden-
dum sit vnicuiq̄ quod credit & operandum quod operatur
h̄m credulitatez erroris sui. Iterum eque coletur deus h̄m hec
vicijs & virtutibus: & eque compositi erunt mores viciosi & iu-
dicio dei eque laudabiles: quoniam eque remunerabiles: post q̄
nō refert quid agat vnusquisq̄ vel qualiter: sed solummodo
quid credat se agere vel intendat: aut qualiter: & per hanc viā
eque colenda erunt ydola vt deus altissimus si credantur eq̄/
liter esse colenda: & meritoze atq̄ religioze negabitur deus si
credatur esse negandus. Apparet igitur manifeste tibi ex his:
intellectui positam esse legem & limites in operationibus suis
& limitatum ei esse quid credere vel discredere: & iterum non
credere vel ignozare liceat. Et iterum interdum ignozantiaz esse
damnabilem videlicet in quibusdam hominum ignozatis. Si-
militer & credulitatem quorundam damnabilem esse & impiā
& propter neutram excusare a tota damnatione eos quos in-
uoluerint. Fortassis autē excusat a tanto. Non enim tantum
peccare videtur qui erranter vel ignozanter male agit: quantum
qui scienter contra conscientiam. ¶ Quod autem quibusdam
visum est: quia si aliqua mulier viro nesciente finiret lectum
ipsum: & cognoscat eam: & credat esse vxorem suam maxime de
nocte: quia non peccat excusatus per huiusmodi errorē: vel